



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

2. Quinam accusare possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](#)

rus in Praet. crim. q. 12. n. 1. Dixi vindictæ publicæ cauæ; in exemplum scilicet populi, ut omnes à talibus criminibus abstineant. Accusatæ vero est deferre reum criminis alicujus per libellum ad Judicem, cum subscriptione deferenſis: Et qui defert Accusator dicitur, ut Actor, qui in civilibus cauæ provocat ad Judicem.

2. Debet autem libellus accusatorius continere in primis nomen Judicis coram quo crimen proponitur, ut sciatur, aui sit competens, ut Tit. Cod. Vbi de criminibus agi oporteat: Item nomen accusatoris & accusati, ut constet, quis sit accusator, & quis accusetur, (quoniam si nomen accusati ignoretur, possit describi ex habitu, officio, vel alii circumstantiis:) speciem insuper criminis: Locum & tempus commissi criminis (aliæ accusatio redderetur incerta, & ip' ojure nulla, etiam parte non opponente, Jul. Clarus ad q. 12. n. 9. et ipereturque reo facultas se defendendi:) Item personas, in quas vel cum quibus illud perpetratum dicitur: Insuperque subscriptionem accusatoris in crimen, sive ad poenam talionis, non tantum in publicis delictis, verum etiam in criminaliter intentatis, l. fin. D. de privat. delictu, l. fin. D. de furie. Quod constitutum est ut homines deterreantur a calumniis. l. penultim. & ibi Gloss. & Salicet Cod. de accusatione. & ne innocentia alij ecius temere periclitetur & vim patiatur. Formam accusacionis vide in l. Libellorum D. de accusas & can. fin. §. libellorum, II. quaß. 8. & quæ latè deducuntur à Greg. Tholos. l. 5. Partit. Iuris Can. tit. 9 & 4.

3. Ceterum non tenetur accusator invitus horam & diem designare, nisi id reus petat, ut scilicet negativam, loco & tempore coactatam, puta, i.e eo die tuisce in aliquo loco, remoto à loco delicti, probare possit, l. Optimam Cod. de contrahenda stipulat. aut nisi crimen tali die commissum sit micius puniendum, Jul. Clarus ad loco vers. Dixietiam. Et si diem expressebit, qui mensē designet, aliâ mensis designatione opus non erit, Welenb. D. ad h. t. n. 11. alias enim nimis coactatur potestas accusandi & probandi, quandoquidem quis diei vel septimanæ facile obliuisci possit, cum non ita cadat sub sensu, ut locus.

Inscriptio vero, ac poena talionis hodie pafsim à foto recessit, valerque ejusmodi consue-

tudo, Felin, in e. Super his ult. Notab hoc in Gethof. ad l. fin. Cod. de accusat. Et sane ob autum signum sigorem multi deterrebant ab accusando, multaque crimina properea manebant impunita. Quamquam etiam hodie, si quis aliquem de criminis aliquo differat, & partem formatam, ut vocant, le adversus cum constituta, soleat carceri committi, donec satisfici idonee, de accusatione prosequenda, & injuria resarcenda, si crimen intentatum minus probet, lib. 2. Cod. de exhibendo reis. Quia tamen haec pro diversitate locorum diversimodè exercentur & observantur, satius fuerit sequi stylum & consuetudinem cuiusque loci.

Sed & in tabulis Legum Brabantiae, vulgo den Lanchartre anni 1312. legimus Joannem Ducem poenam talionis differere innovasse, decreuisseque eo loco habendum esse, qui alium in jure convenisset, & qui eius non probasset, quoalius fuisset habendus probato crimen.

Denique si accusatio non fuerit legitime concepta, nomen rei aboleretur, & ex integrō reperendi reum sit potestas, d. l. Libellorum §. 1.

§. II.

Quinam accusare possint,

1. Prohibetur, quorum nihil interest.
2. Qui semel defliterint ab accusando.
3. Laicos volentes accusare Clericum.
4. Inimicus accusati aut inimico, ejus cobitanus.
5. Mulier, pupillus, miles, infans, &c.
6. Alias accusator audiendus est, etiam Monachus adversus Pralatum.
7. Nemo per Procuratorem accusare aut defendere se potest.
8. Nemo invitus accusare cogitur, & quatenus deflere licet.
9. Quibus hodie munera accusandi deferatur.

Accusare possunt omnes, qui non prohibentur, l. Qui accusare §. D. de accusatione. Prohibetur autem quis accusare aliquem ob varias cauæ: Vel quia ejus, qui vult accusare, nihil inter sit c. illa 3. b. s. exceptis publicis iudicis: 1. vel quia eundem ejusdem criminis

mel accusaverit; nam qui semel ab accusando definit, amplius non auditur, l. *Accusationi* 6.
Cod. *De hi quis accus. non pos. imò perperum ill.*
 silentium impunitur, licet ante inscriptionem
 deficerit, e. *Lices* 14. b. t. Similiter qui semel à
 criminis absolitus est per sententiam definiti-
 um, iterum accusari nec ab eodem nec ab alio
 potest, e. *De his* 6. Et ibi *DD* b. iii. Ut neque se-
 mel condemnatus ac punitus, *Maranta* 6. p. Spec-
 ium num. 49. nam de ejusdem hominis ad-
 missio sapientia non debet, l. *Lices* 6 in fine
D. *Natura caupones* &c. nisi forte ex collusione
 primi accusatoris secundus doceat perperam
 absolum fuisse, e. i. inf. *De collus detegenda* 13.
 h. nam si *De prævaricatorib.* *Maranta* d. loco
 n. 50 *Abbas* in d. c. *De his* b. t. Præsumitur au-
 tem collusio, si accusator conversatur cum ac-
 cusato: si post item contestata nec accusatus
 compareat ad terminum statutum per Judi-
 cem *Maranta* d. loco n. 51.

Dixi, per sententiam definitivam: quia ab-
 solitus ab observatione judicii dumtaxat, li-
 cit non possit amplius accusari ab eodem, se-
 cundum *Canones* C per primam enim accusa-
 tionem factus fuit inimicus, ac propinde re-
 pellendus ex Jure, e. *Repellantur* 7. c. *Cum P.* 10.
 p. *Cum oporteat* 19. hoc est, C. potest tamen ab
 alio tertio: & quidem de Jure Civili distin-
 gitur tam a primo, quam ab alio, cum secun-
 dum *Jus Civile* inimici ab accusatione non re-
 pellantur. Posset tamen absolutus rursus ac-
 culari a terro, prosequente suam vel suorum
 injuriis, dummodo ignoret accusationem
 fuisse ab alio institutam; secundus si sciverit: nam
 & tertio obstat exceptio rei judicata, *Ma-*
ranta d. loco n. 54. ubi alia vide eodem spe-
 cialitia

3. Tertiū, repellitur laicus, volens accusa-
 re Clericum: nam cum Clericis, laicos oppidū
 infestos tradidit antiquitas, e. *Clericis in princ.*
De immunit. *Eccles.* in 6. quod & experientia
 docet, præfertim, hoc infelici saeculo; Regu-
 latuerit non admittuntur laici adversus Cle-
 ricos in criminalibus, d. c. *Cum P.* hoc sit *can.* 2.
 h. 3 *can. Sicut* 6. 11. q. 7 prout nec Clerici ad-
 verti laicos; d. can. *Sicut*: nisi forte laici suam
 vel suorum injuriarum prosequantur, e. *De ca-*
sato 14. sup. *De testib.* *can. Omibus* 17. q. 6.
 aut nulli agatur de oscultis quibusdam crimi-

nibus, in quibus propter enormitatem Eccle-
 sia laicos adversus Clericos admittit, ut sunt
Simonia, Hæresis, crimen læse majesta-
 tis, e. *Tanta*, c. *Lices* 3. inf. *De Simonia*. Eo-
 dem Jure Canonicō non admittuntur adver-
 sus Clericos viles adjecte que persona non pro-
 batæ vita can. *Quarendum* 11. q. 7. modò reus
 carum consuerudine antea usus non fuerit, e.
Nulli 5. b. t.

4. Quartū repellitur accusator, qui inimi-
 cus est accusati, aut intimo ejus cohabitatur, d.
Repellantur 7. d. c. *Cum P.* 9. & e. *Meminimus* 3.
 hoc sit. & hoc de Jure Canonicō, ut dixi, quia
 præsumitur ejusmodi accusatio proficiat ex
 odio. Unde nec criminiosus accusator adversus
 aliquam criminiosum admittitur. can. *Omnes*, can.
Qui crimen vi. q. 1. d. can. *Quarendum* 11. q. 7.
can. Qui sine can. Postulatus 11. q. 7.

5. Denique prohibentur accusare, alii pro-
 pter sexum vel etatem, ut mulier & pupillus;
 alii propter Sacramentum, ut milites; alii
 propter maiestatem & potestatem; & alii
 propter delictum proprium, ut infames; & alii
 propter turpem qualitatem, ut qui duo judi-
 cia adversus duos reos subscripta habent,
 numeros ad accusandum vel non accusan-
 dum accepserint; alii propter conditionem
 suam, ut filii adulterii parentes, liberti & alium
 ni adversus patronos; alii propter suspicionem
 calumnia rei ob alias similes causas, de quibus
 in *can. prohibitur* 11. q. 7. & in d. l. *Qui accusa-*
re 8. & seqq. D. b. t. & Jul. *Clariss in Præf.* *Cri-*
min. q. 14. quarum si aliqua accusatori objicia-
 tur, statim est ab accusatione repellendus, etiam
 non auditio reo de crimine. Et hoc est, quod
Pont. ait, si legitimus non fuerit accusator,
 non fatigandū esse reum sive accusatum, e. i. b. t.
 Portò plerosque, qui accusare prohibentur.
Glossa ad d. s. 1. complectitur his versibus:

Fœmina, pupillus, delatus, criminis, tantus,
Suspectus, quaestus, corruptus, fortis, legatus,
Infamis, arvus, pauper, cum milite Princeps,
Liberius, socius, socium, nec non inimicus,
Clericus Ecclesiastam nullius deferre Valebit.

Hi tamen omnes ab accusatione, non exclu-
 duntur, si suam vel suorum injuriam exle-
 quantur mortemve defendant. l. *Hic amon* 11. D.
 b. t. 1. & 12. *Cod. eod.* *Exceptis liberis, libertis,*
 & alum-

KKK

& alumnis, quibus ne ipsis quidem casibus parentem patronumque accusare permittitur, nisi civiliter agatur, d. l. *Hic tamen* §. 1. l. *Inquinum* 17. *Cod. De his qui accus. non pos.* Alias si qui alias accusare velint, eos immunes esse oportet à crimen, can. *Qui sine peccato, can. Postulatus* 111. q. 7. Hodie etiam pauperritas non repellit ab accusatione pauprem, honestam fidei & virtutem, Clarius d. q. 14. n. 19.

6. Quod si accusatori nulla justa objici causa possit, ob quam ab accusatione removeti debet, omnino audiendus est; quisquis ille sit; aded ut etiam Monachus, quamvis obedientiam vorerit Prælato suo, nisi alia rationabilis causa impedit, accusare valeat. Imd debent eidem ex bonis Monasterii suppeditari sumptus necessarii ad prosequandam accusationem, e. illa. 3. c. *Ex parte tua* h. t. *Quin* etiam, ut sit expeditior reformatio Monasterii, si quam sententiam excommunicationis, suspensionis, aut interdicti Abbas, pendente accusatione, protulerit, aut per alios ferri curaverit, ea ipso cure relaxatur, sicut & iuramentum de recta veritate, e. *Olim* 26 h. t. Alio tamen Monachus accusare non potest, d. c. *Ex parte tua*, nisi intersit Monasterii, & delictum Abbatis, can. *Monachi* 35. *xvi. q. 1.* quia censetur mundo mortuus, can. *Placuit ibid.*

7. Quemadmodum autem ad crimen judicij publici accusationemque criminalem prosequandam non admittitur procurator, ita neque ad defendendum, l. *penali*. D. *De publ. judicis*, e. *Veniens* 15. b. t. Licet reus absens possit per procuratorem allegare causas absentiae, aliasque exceptiones, quæ ipsum crimen propositum non attingant, d. e. *Veniens* & e. *cum dilecti* 18 h. t. Secus si agatur de crimen non criminaliter, v. g. per modum exceptionis, e. *Super his* 16. b. t. vel de crimen privato, v. g. injuriarum, can. *Absens* h. n. 111. q. 9. l. *fin.* *Cod. De injuria*; vel de aliis levibus criminibus, l. *Levia* 6. D. *hoec sit.*

8. Nemo etiam invitus accusare cogitur, can. *Si quem paenituerit, can. Si quis iratus* 11. q. 7. Tit. *Cod. Ut nemo invitus agere vel accus. cog.* Potest que quilibet ante libelli oblationem & inscriptionem ab accusatione incepta desistere, sed desistenti imponitur silentium perpetuum, ne deinceps eundem de eodem crimen accuse vel infamet, e. *Licet* 14. b. tit. At vero post

inscriptionem cogitur accusationem prosequi, nec impunè citra abolitionem desistit, l. *Qua-*
sicum 5. D. *Ad S. C. Turpili* Publicè enim inter-
est, accusationem non intermitte, sive vera sit,
ut delictum puniatur, sive falsa, ne calomnia-
tor impunè evadat, & licentius in innocentiam cujusque grassetur. Verius etiam est fra-
tres se invicem accusare non posse, l. *Si magnam*
Cod. De his qui accus. non possunt: nisi in leviori-
bus criminibus, l. *Si foro rem* 18. *Cod. eod.* auri-
si alter alterius virtutis insidiatus fuerit, *Glos* & *Salicer* ad d. l. *Smagnum*: nam & idem in ma-
tre adversus filium sibi insidiantem admissum
est, l. *Proprietate* 4. *Cod. d. sit.* ut neque filius prohibi-
etur de facto matris queri, l. *Hic tamen* 11. q. 1.
D. De accusat.

9. Cæterum observandum est, hodie munus accusandi apud sæcularem Judicem defensum procuratoribus fiscalibus apud Judicem vero Ecclesiasticum aliquibus electis & probz fidei clericis, qui Promotores aut Procuratores fiscales, vel Syndici, interdum etiam Nuntii dicuntur, quos huic muneri praeficiendo tradit *Beno*, *Diaz in Praxierimin Can. c. 4.* & in quidusdam diocesis per Belgiam ita servari refert oculatus testis *Zyp.* olimque consuetum fuisse, l. *b. 5.* *De jure Pont.* *novo h. t. n. 8.* Et tales non debent se inscribere, quandoquidem necessitas officii eos liberet a suspicione calumniæ, nisi haec manifestè apparcat, l. *Post legatum* 5. b. *Advocatum* D. *De his quibus ut. indignus* &c. Solent ramea plerumque alii privati, quorum aliunde interest delicta puniri, se his adjungere, eiusque denuntiare crima ac suggerere probationes, ad suam tuorumque injuriam prosequandam; unde & evitare delatoris prohibiti notam, l. *Deferre* 18. b. *Sed communum*, & l. *Deflator* 44. *D. De jure fisici* cum nemini in causis propriis accusandi licentia sit deneganda, can. *Omnib.* IV. q. 6.

§. III.

Quinam accusari non possint.

1. *Non mortui, non Legati, Praesides, Magistra-tus, &c.*
2. 3. *Non absentes per sententiam neque absentes.*
4. *Non infantes & furiosi.*
5. *De servis ratis.*

1. *Si* leut non omnes accusare possunt, ita nec omnes accusari, *Non in primis mortui, l. Ex-judi-*